

EPP – concours de recrutement en latin 2023-2024
Épreuve écrite en poésie (coefficient 1,5)

Virgile Eneide IV,

Didon est encouragée par sa sœur à céder à son amour pour Énée.

- Anna refert: « O luce magis dilecta sorori,
solane perpetua maerens carpere iuuenta,
nec dulcis natos, Veneris nec praemia noris?
Id cinerem aut Manis credis curare sepultos?
- 35 Esto: aegram nulli quondam flexere mariti,
non Libyae, non ante Tyro; despectus Iarbas
ductoresque alii, quos Africa terra triumphis
diues alit: placitone etiam pugnabis amori?
Nec uenit in mentem, quorum consederis aruis?
- 40 Hinc Gaetulae urbes, genus insuperabile bello,
et Numidae infreni cingunt et inhospita Syrtis;
hinc deserta siti regio, lateque furentes
Barcaeï. Quid bella Tyro surgentia dicam,
germanique minas?
- 45 Dis equidem auspibus reor et Iunone secunda
hunc cursum Iliacas uento tenuisse carinas.
Quam tu urbem, soror, hanc cernes, quae surgere regna
coniugio tali! Teucrum comitantibus armis
Punica se quantis attollet gloria rebus!
- 50 Tu modo posce deos ueniam, sacrisque litatis
indulge hospitio, causasque innecte morandi,
dum pelago desaeuit hiemps et aquosus Orion,
quassataeque rates, dum non tractabile caelum. »
His dictis impenso animum inflammauit amore,
55 spemque dedit dubiae menti, soluitque pudorem.

Questionnaire (20 pts)**A. Traduisez l'extrait. (12 pts)****B. Commentaire. (8 pts)**

1. Grammaire : Analysez et expliquez les formes suivantes. (1 pt)

- *sorori* (v. 31)
- *Esto* (v. 35)
- *consederis* (v. 39)
- *dicam* (v. 43)

2. Scandez les vers 31-34. (0,5 pt)

3. « *Id cinerem aut Manis credis curare sepultos?* » (v. 34) Quelle croyance (religieuse, philosophique, ...) semble sous-tendre cet argument ? À votre avis, correspond-elle à la vision de l'auteur ? (1 pt)

4. Expliquez de façon concise : (0,5 pt)

- *germani minas* (v. 44)
- *Iliacas carinas* (v. 46)

5. Commentez la structure du discours d'Anna. Quelles idées de l'amour défend-elle ? (1 pt)

6. *Vergilius orator* : En vous référant à d'autres discours dans l'*Énéide*, montrez comment Virgile sait mettre en scène la force persuasive et émotive du langage. (1 pt)

7. Relevez au moins quatre figures de style différentes dans les vers 35-44 et commentez leur effet. (1 pt)

8. Commentez les vers 47-49. Comment cette exclamation était-elle censée résonner aux oreilles des lecteurs romains ? (1 pt)

9. Quel rôle l'intervention d'Anna joue-t-elle dans le roman d'amour qu'est le livre IV ? Comment contribue-t-elle indirectement à la caractérisation et à l'éducation du héros Énée ? Expliquez. (1 pt)

EPP – concours de recrutement en latin 2023-2024**Épreuve écrite en prose (coefficient 1,5)****LA CURIOSITÉ**

1 Tantus est igitur innatus in nobis cognitionis amor et scientiae, ut nemo dubitare possit
quin ad eas res hominum natura nullo emolumento inuitata rapiatur. Videmusne ut pueri
ne uerberibus quidem a contemplandis rebus perquirendisque deterreantur ? Ut pulsi
5 atque eius modi spectaculis teneantur ob eamque rem uel famem et sitim perferant? Quid
uero? Qui ingenuis studiis atque artibus delectantur, nonne uidemus eos nec ualitudinis
nec rei familiaris habere rationem omniaque perpeti ipsa cognitione et scientia captos et
cum maximis curis et laboribus compensare eam quam ex discendo capiunt, uoluptatem?
10 Mihi quidem Homerus huius modi quiddam uidisse uidetur in iis quae de Sirenum
cantibus finxerit. Neque enim uocum suauitate uidentur aut nouitate quadam et uarietate
cantandi reuocare eos solitae, qui praeteruehebantur, sed quia multa se scire
profitebantur, ut homines ad earum saxa discendi cupiditate adhaerescerent. [...] Quem
enim ardorem studii censetis fuisse in Archimede, qui, dum in puluere quaedam describit
15 attentius, ne patriam quidem captam esse senserit? Quantum Aristoxeni ingenium
consumptum uidemus in musicis? Quo studio Aristophanem putamus aetatem in litteris
duxisse? Quid de Pythagora? Quid de Platone aut de Democrito loquar? A quibus propter
discendi cupiditatem uidemus ultimas terras esse peragratas. Quae qui non uident, nihil
umquam magnum ac cognitione dignum amauerunt. Atque hoc loco, qui propter animi
20 uoluptates coli dicunt ea studia quae dixi non intellegunt idcirco esse ea propter se
incommodatura sit, gaudeant. [...] Ipsi enim quaeramus a nobis, stellarum motus
contemplationesque rerum caelestium eorumque omnium quae naturae obscuritate
occultantur, cognitiones quem ad modum nos moueant, et quid historia delectet, quam
solemus persequi usque ad extremum, cum praetermissa repetimus, inchoata
25 persequimur?

Cicéron, *De Finibus*, V, 48-51 (287 mots)

- I. Traduction de l'extrait
- II. Commentaire libre de l'extrait

EPP – concours de recrutement en latin 2023-2024
Épreuve écrite de rétrotraduction (coefficient 1)

LA VERTU EST CE QU’IL Y A AU MONDE DE PLUS ÉLEVÉ
ou LA NÉCESSAIRE PRÉCISION DU LANGAGE

Il s’agit, en effet, de chercher où se trouve ce terme dernier des biens qu’il nous faut découvrir, maintenant que le plaisir est éliminé [...]. Gardons-nous surtout de reconnaître pour souverain bien quelque chose où la vertu n’entre point, la vertu étant ce qu’il y a au monde de plus élevé. Dans la conversation que j’ai eue avec Torquatus, je n’ai pas manqué d’énergie ; mais aujourd’hui c’est une lutte plus vive qui se prépare avec les Stoïciens [...].

Les Stoïciens ont, tu ne l’ignores pas, une façon de s’expliquer subtile ou plutôt épineuse ; elle l’est pour les Grecs, elle l’est plus encore pour nous, Romains, qui avons, par surcroît, à créer des termes et à mettre sur des choses nouvelles des noms nouveaux. On n’en sera pas surpris, pour peu qu’on ait d’instruction, si l’on réfléchit que dans un art, quel qu’il soit, lorsque la pratique n’en est pas encore vulgarisée et répandue, il y a toute une terminologie nouvelle, pour constituer le vocabulaire approprié à ce dont chaque art s’occupe.

[...] Même les rhétoriques, qui sont entièrement pour la place publique et la foule, emploient dans leur enseignement des termes en quelque sorte privés, qui leur sont propres. [...] Bien mieux, l’agriculture, bien qu’étrangère à tout raffinement de distinction, a néanmoins désigné de mots nouveaux les choses dont elle s’occupe. À plus forte raison le même procédé s’impose-t-il au philosophe. C’est un art en effet que la philosophie, l’art de la vie, et, pour traiter son sujet, il ne peut aller prendre son vocabulaire sur la place publique.

Mais, parmi les philosophes, il n’en est pas qui aient plus que les Stoïciens innové en ce genre, et Zénon, leur chef, ne fut pas tant inventeur du fond que de néologismes. Si donc dans une langue, qui passe généralement pour être plus riche que la nôtre, on a accepté que des hommes très savants, ayant à exprimer des idées qui n’étaient pas rebattues, se servissent de termes inusités, ne doit-on pas, à plus forte raison, accepter que j’en fasse autant, aujourd’hui que j’ose, le premier toucher à ces idées ?

Cicéron, *De Finibus*, III, 1-2

EPP – concours de recrutement en latin 2023/24**Épreuve orale (coefficient 1)****LE SAGE NE DOIT PAS SE MÊLER À LA VIE POLITIQUE**

Adice nunc, quod e lege Chrysippi uiuere otioso licet : non dico, ut otium patiatur, sed ut eligat. Negant nostri sapientem ad quamlibet rem publicam accessurum ; *quid* autem interest, quomodo sapiens ad otium ueniat, utrum quia res publica illi deest, an quia ipse rei publicae, si omnibus defutura res publica est ? Semper autem deerit *fastidiose* quaerentibus. Interrogo, ad quam rem publicam sapiens sit accessurus. Ad Atheniensium, in qua Socrates damnatur, Aristoteles, ne damnetur, fugit, in qua opprimit inuidia uirtutes ? Negabis mihi accessurum ad hanc rem publicam sapientem. Ad Carthaginiensium ergo rem publicam sapiens accedet, in qua adsidua seditio et optimo *cuique* infesta libertas est, summa aequi ac boni uilitas, aduersus hostes inhumana crudelitas, etiam aduersus suos hostilis ? Et hanc fugiet. Si percensere singulas *uoluero*, nullam inueniam quae sapientem aut quam sapiens pati possit. Quod si non inuenitur illa res publica quam nobis fingimus, incipit omnibus esse otium necessarium, quia quod unum praeferrri poterat otio, nusquam est.

Sénèque, *De Otio*, VIII
(155 mots)

Questionnaire

1. Relevez et classez les interrogations indirectes selon leur nature.
2. Relevez et classez les occurrences de participe futur selon leur emploi.
3. Faites l'analyse grammaticale des mots en italiques : *quid* (l. 2), *fastidiose* (l. 5), *cuique* (l. 9), *uoluero* (l. 10).
4. Dans quelle mesure les propos de Sénèque peuvent-ils paraître étonnants pour le stoïcien ? Expliquez.
5. *quod unum praeferrri poterat otio* (l. 12) : que veut dire Sénèque ? Commentez.